



Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 53. Qualiter anima spiritualiter hospitatur & recipit dominum intra se.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

quod Deus in animam veniat. 221
qua tristitia; statim recordans il-
latum lætitiatum, nullo modo
conturbor. Tot autem alij modi
sunt, quibus cognoscit anima
quod Deus sit in ea; quod nullo
modo possem omnes dicere &
enarrare.

Quinquagesimum tertium capitulum.
*Qualiter anima spiritualiter hospi-
tatur & recipit Dominum intrasē.*

IN omnibus prædictis modis
cognoscit anima Deum in se
venisse. Sed adhuc nihil diximus
quomodo hospitatur eum, & to-
tum quod diximus est valde mi-
nus quam sit illud quando ani-
ma cognoscit, quod ipsa hospita-
ta est peregrinum. Tunc enim
quando anima est hospitata per-
egrim, venit in tantam cogni-
tionem bonitatis Dei infinitæ,
quod quandoque quando fui
reducta in me, cognoui certissi-
mè quod illi qui magis sentiunt
de Deo, minus presumunt loqui

K iii

222 Qualiter anima spiritualiter
de Deo: quia eo ipso quod sen-
tiunt de ipso illo infinito & indi-
cibili, loqui de Deo minus præ-
sumunt, reputantes in compara-
tione quicquid dicunt, nec dice-
cere possunt, quasi nihil. Vnde si
aliquis prædictor diuinorum in-
telligeret, sicut & ego quandoq;
intellexi: nihil sciret dicere, ne-
que præsumeret loqui de Deo
aliquid, immo obmutesceret &
taceret. In tantum enim superat
intellectum, & omnia quæ ali-
quo modo cogitari, vel dici, vel
æstimari possunt, quod perfectè
eius bonitas explicari non po-
test. Hoc autem non accidit,
quod anima perdiderit aliquem
sensum corporis, vel quod ani-
ma corpus dimiserit, sed percipit
illa absque sensibus, vnde ita ho-
mo videns per intellectum, illa
efficaciter in tanto stupore vi-
det in comparatione ad id quod
dici potest verbo corporali,
quod si aliquis prædictor esset
in isto statu, & vellet loqui de

Deo, diceret populo. Ite quia
nihil vobis scio loqui de Deo,
quantumcumq; esset sufficiens.

Et ideo intelligo, & dico, quod *Qui per-*
omnia quæ dicta sunt per scri-^{*fectius*}
pturam, vel per omnes homines^{*Deum*}
à principio mundi, non videtur^{*intelli-*}
mihi, quod dixerint aliquid de^{*nus de eo*}
medulla illius bonitatis diuinæ,^{*loqui pos-*}
nec unum medium granum milli^{*sunt.*}
in comparatione totius mundi.

Quando autem anima assecura-
tur à Deo, & reficitur per eius *Anima*
præsentiam, similiter & corpus^{*assecura-*}
recipit saturitatem, & nobilita-^{*tur de*}
tem, & reficitur cum anima,
quamuis multum minus. Loqui-
tur enim ratio, & anima corpori
& sensualitati cum sic reficitur
dicens: Vidi modo qualia bona *Dulcis*
sunt ista quæ experiris à Deo *animæ ac*
per me, in infinitum autem sunt *corporis*
maiora, quæ promittuntur, & *cōficietus*
fideliter exsoluentur, si mihi *super*
consentias: & nunc cognosce *dulcedi-*
qualia bona, & quanta perdi-
dimus tu & ego non consen-

K iiii

224 Qual.an.spiri.rec.i. Deū intrāse.
tiendo, sed contradicendo mihi.
Vnde de cætero omnino oportet te, in illis quæ Dei sunt om-
nino obedire. Et statim corpus
subiicitur animæ, & sensualitas
rationi, sentiens participatio-
nem delectationis animæ, &
respondet animæ dicens.: mea
delectamenta quandoque erant
corporalia, & vilia, quia corpus
sum, sed tu quæ eras tantæ no-
bilitatis, & delectationis diui-
næ capax, non debebas mihi
consentire, nec facere me &
te perdere tanta bona : & la-
mentatur corpus contra ani-
mam, & sensualitas cōtra ratio-
nem longa lamentatione, & dul-
cissima, sentiens dulcedinem,
& delectationem animæ mai-
rem quam potuerit suspicari, &
sit sibi obediens.